



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/319025>

20

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORDIN.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ALFREDUS ALPHONSUS ROHLING,

Guestphalus,

EX PAGO NEUENKIRCHEN.

A. D. VII. OCTOBRIS, A. MDCCCLII, HORA III.



TRAJECTI AD RHENUM,
P. W. VAN DE WEIJER TYPIS MANDAVIT.
MDCCCLII.

THESES

JURIDICAE INAUGURALES

QUAE

ANNIVERSARIO SUMMO NOMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS HASTATIENSIS

FRANCISCI CORNELII DONDEUS

AD HONORIS ET GLORIAM

HAEC

ARTIBUS SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE PRAESIDENTIO

FRANCISCO DONDEUS

HAEC

IN ACADEMIA HASTATIENSIS

IN ACADEMIA HASTATIENSIS

HAEC

FRANCISCO DONDEUS

ALFREDUS APPELBERG

HAEC

EX PAUCO MUNICHENSI

AD HONORIS ET GLORIAM

FRANCISCO DONDEUS

FRANCISCO DONDEUS

HAEC

THESES.

I.

Mandatum solvitur morte procuratoris. (l. 57
h. t. 17,1.)

II.

Ex pignore nominis creditor pignoratitius non
solum actionem pignoratitiam, sed etiam actionem
in personam debitoris ad exigendum nomen habet.
(l. 7 C. de her. vel act. vend. 4, 39; l. 18 pr.
de pign. act. 13,7.)

III.

Qui iure offerendi in alterius locum successit, is etiam propter chirographarium debitum retinere potest. (l. un. C. h. t. 8,27.)

IV.

Non obstat l. 3 C. de pactis inter emptorem et venditorem (4,54), quin dominium rei lege commissoria venditae semper sit *dominium revocabile ex tunc*.

V.

Principium in art. 1002 codicis nostri civ. expressum inelegantia iuris esse mihi videtur.

VI.

Non est incongruum, heredem, qui post annum demum ab obitu testatoris legatum tradiderit, in meliore conditione circa fructus restituendos versari, quam illum, qui intra annum id fecerit. (a. 1006.)

VII.

Non est antinomia inter art. 1011 et art. 556
codicis civilis.

VIII.

Verbum *voorwaarde* in art. 1045 cod. civ. non
conditionem significat, sed diem.

IX.

Quod ius Romanum dicit de contractibus inno-
minatis, maiore consequentia in codice Nederlan-
dico, quam Borussico extenditur. (a. 1302 cod. civ.;
A. L. R. I, 5, § 393 sqq., ict. I, 11, § 878,
938, 1001 cod.)

X.

Praesumptio art. 136 cod. merc. est iuris et de iure.

XI.

Absonum mihi videtur, adscriptionem diei ad
essentialia indossamenti requiri. (a. 135 cod. merc.)

XII.

Articuli 74—75 cod. merc. de nummulariis,
sufficere mihi non videntur.

XIII.

Si nonnulli creditores mercatori spatium solvendi
concesserint, ceteri ex ea ratione non possunt petere
forocessionem.

XIV.

Etiamsi reconventionis et conventionis obiecta
coniuncta transgrediantur competentiam iudicis,
dummodo singula eius iurisdictioni sint subdita,
tamen iudex cognoscere potest. (a. 250 cod. proc. civ.)

XV.

Si actor, cui per sententiam incumbit iusiuran-
dum suppletorium, priusquam acceperit vel recu-
saverit, mortuus fuerit, causa cadere debet.

XVI.

Sententia iudicis inferioris, ad praevidiam executionem non apta, si in appellationis vel cassationis instantia fuerit confirmata, iam *ex tunc* habet effectum. (a. 350, 354 cod. proc. civ.)

XVII.

Rei dimissio post praevidiam inquisitionem criminalem ex art. 168 codicis nostri pro absoluteione ab instantia habenda non est.

XVIII.

Quod provocatio a decreto iudicis in art. 89 cod. quaest. crim. ministerio publico, non etiam reo conceditur, durum mihi videtur.

XIX.

Secundum art. 66 legis fundamentalis princeps condemnato etiam invito gratiam impertire potest.

XX.


Placitum: *volenti non fit iniuria* — etiam in causa furti admittendum mihi non videtur.

XXI.

Vis officiali publico iniuria aliquem comprehendenti illata, non est rebellio ex art. 209 codicis poenalis.

XXII.

Conatus bigamiae secundum codicem poenalem existere potest. (art. 340 ict. a. 2.)



XIX.